

rem successorem, nec fundi possessorem sequitur: (a) facit etiam, quod jus exequendi contra singularem successorem, etiam si ex sententia procedat, non transit: (x) quod tamen intellige verum esse, nisi jus executivum erat jam inesse productum, antea quam res illa transiret ad tertium possessorem, ut quia erat sententia lata, vel in actu producendi, & pendebat litigium: (y) tunc enim locus est executioni contra singularem Titium rei hypothecate possessorem, quod etiam, licet confusum, tenet Roderic. Suarez, (z) & jam ego in *praxi* obtinui. (a)

51. Decimo, quod predicta instrumenta publica, vel privata executioni mandari poterunt in contractu speciei: nam si in venditione alicujus rei celebratum fuerit instrumentum, venditor compellendus erit *via executiva*, ad rem tradendam, nec liberabitur prestando interest, cum tale instrumentum habeat vim sententia, & venditor ex sententia praevis cogatur ad rem tradendam: (b) & haec est famosa interpretatio ad leges Regias de executione agentes, secundum Roder. Suarez. (c) Observandum etiam erit, quod quamvis instrumentum publica, & privata nudo pacto essent confecta, ad huc executioni erunt mandanda, ex his, quae notat Rebuffus, (d) & quia de *juris Regio* nuda conventio parit actionem, & obligationem. (e)

52. Undecimo, quod juramentum dictionarium, a parte parti delatum, habet executionem paratam, ut probat text. in dict. leg. *Post rem*

*judicatam*, (f) & facit text. in leg. 1. ff. de *jurejur.* dum dicit, *juramentum habere majorem auctoritatem, quam rem judicatam*, facit etiam text. in leg. *Autori*, Cod. de *Reb. cred.* & *jurejur.* quatenus inquit, *juramentum dictionarium immediate transire in rem judicatam*. (g)

53. Duodecimo, quod confessio partis in judicio facta habet paratam executionem, ut probat text. in dict. leg. *Post rem judicatam*, (h) & de *Jure Regio* probatur in leg. 5. tit. 21. lib. 4. Recop. & explicat Roder. Suarez, (i) & Aviles (j) resolventes, confessionem in judicio factam, ad hoc ut executionem mereatur, debere esse *certam*, & a parte acceptatam: & quando possit confessio pro parte acceptari, & pro parte repudiari: & an tunc, quando pro parte acceptatur, & pro parte repudiatur, agi debeat, vel possit *via executiva*. 54. Quintimo confessio *facta ob contumaciam* rei nolentis comparere in judicio, vel reculantem recognoscere scripturam privatam, executionem paratam habet, ut resolvit Covarruvias cum Rebuffo. (k)

55. Ultimo, quod transactio inter partes facta coram Judice habet executionem paratam, ut resolvit Roder. Suarez. (l) 56. Quintimo nedom transactio coram Judice facta, verum coram Tabellione de *Jure* hujus Regni executioni mandari potest, ut decisum extat in leg. 4. in fin. tit. 21. lib. 4. Recopil. Alia plura, quae executionem paratam habent, consulere poteris, apud Rodericum Suarez, Covarruviam, Avendanium, Didac. Perez, Duenas,

(a) Ut in leg. *Et lege*, Cod. de *cond. ob caus.* & in leg. *De poman*, ff. de *Serv.* & firmat Angel. receptus ex Alex. ibi in leg. 1. §. *Si haeres*, ff. *Ad Trebel.*

(x) Ut probatur in leg. *Si mater*, §. fin. & in leg. *Judicatis*, §. fin. ff. de *Except. rei judic.* & tradit Bartol. in leg. *Creditorum*, n. 22. Cod. de *Pign.* facit etiam doctrina Bald. in leg. 2. col. 2. vers. *Secundum quos dices*, Cod. de *Except. rei judic.* ad stipulandum etiam ea, quae notat idem Bald. per gloss. ibi in leg. 1. Cod. *Comm. deleg.* & in propria specie firmat Anchar. in cap. *Canonum statuta*, de *Constit.* in 6. vers. Circa istam extensionem, & plures alii, quos refert, & sequitur Duenas in reg. 277. lim. 2. & Gasp. Cabal. in 2. part. Milleloq. juris, in milleloq. 633. Roder. Suarez in dict. leg. *Post rem judicatam*, in Declar. legis Regni, limit. 1. a n. 1. & Avend. ad leg. 4. & 5. tit. *De his exceptionibus*, lib. 3. Ordin. n. 26.

(y) Juxta text. in leg. *Si superatus*, §. *Per injuriam*, ff. de *Pign. leg. Si mater*, §. 1. ff. de *Except. rei judic.* leg. 2. Cod. de *Ling.* docet Bartol. in Repetitione, leg. *Creditorum*, a n. 23. Cod. de *Pign.* qui melius ceteris loquitur, omnino videndus pro hujus articuli explanatione.

(z) Ubi supr. dict. limit. 1. n. 4. & Joan. Matien. in leg. 1. tract. 17. gloss. 3. n. 5. & 6. lib. 5. Recop.

(a) Et quando casus occurrere, recurre ad Bartol. ubi supr. & vide Decif. Pedam. 61. & Joan. Alsini. in *Prax. Jud.* §. 71. cap. 2. ampliat, §. 8. limit. 3.

(b) Juxta text. in leg. *Qui restituit*, ff. de *Rei vend.* quem

ad hoc mirabilem dicit Bald. ibi, & hanc opinionem expressit firmat idem Bald. in leg. unic. col. pen. Cod. de *Sent. que pro eo.*

(c) In dict. Declarat. leg. Regni, exten. 3.

(d) In Tract. de *Litteris oblig. artic. 2.* gloss. 1. n. 15.

(e) Ut in leg. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. tradunt Anton. Gom. in 2. Tom. *Variar.* cap. 9. n. 3. & plures alii, quos refert, & sequitur Didac. Perez in leg. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. in gloss. 2. col. 1094. ubi refert Rebuff. Roderic. Suar. & alios, & de intellectu dict. leg. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. agit etiam Covar. lib. 1. *Variar.* cap. 14. n. 13. & Avil. in cap. *Prætorum*, cap. 10. verb. *Execucion*, n. 20.

(f) Et ibi firmant Bart. Angel. & omnes.

(g) Et explicat Roder. Suar. in dict. leg. *Post rem judicatam*, notab. 2. & Avil. in cap. *Prætorum*, cap. 10. gloss. verb. *Execucion*, n. 36.

(h) Et in leg. unic. Cod. de *Confis.* & in leg. *Proinde §. Notandum*, ff. *Ad leg. Aquil.*

(i) In dict. leg. *Post rem judicatam*, notab. 3.

(j) In cap. *Prætorum*, cap. 10. gloss. verb. *Execucion*, n. 10. ubi plura de confessione cumulat.

(k) Lib. 2. *Variar.* cap. 11. n. 4. in fin. & nos supr. diximus in 6. corol. & in isto art. idem observandum erit, quod ibi-resolvimus contra Rebuff. & Covar.

(l) In dict. leg. *Post rem judicatam*, in cas. 10. Avil. ubi supr. n. 45. & explicat Joan. Gutier. in *Repet. leg. Nemo potest*, n. 439. ff. de *Legat. 1.*

Aviles, & Caballinum in locis supra citatis, Castellum, & DD. in leg. 64. *Tauri*, quae hic non transcribo ob brevilitatis causam: & supra relata pro juvenum instructione sufficiant.

## EX CAPITE SECUNDO.

## SUMMARI A.

1 *VIA* executiva acturus, nec libellum offerre, nec litem contestari tenetur, sed per viam actus executionem petet.

2 *Via* executiva agere potens, si ordinaria agat, poterit resipere, relictis expensis, & executio procedere, & infra cap. 3. num. 37. de hoc agitur.

3 Qui executionem petere vult, coram Judice rei eam petat.

4 *Via* executiva coram uno, & diversis Judicibus simul intentari potest, nec litispendentia coram uno impedit executionem petitam coram alio.

5 Quando sententia lata ab aliquo Judice venit exequenda extra ejus territorium, Judex profertens requirat alium Judicem, quod suam sententiam exequatur, per Litteras requisitorias.

6 Unus Judex alterius Judicis sententiam exequi valet.

7 Executio peti potest coram Judice loci contractus, si reus ibi reperitur: alias ibi conveniri non poterit.

8 Reus non remittendus per Judicem domicilii ad requisitionem Judicis loci contractus, nisi se summisserit ejus jurisdictioni, renuntians proprio foro domicilii, aut in aliis casibus locus sit remissioni.

9 Quando remissioni est locus ad Judicem loci contractus, coram ipso esse petenda executio: qui reum verbaliter citare non poterit, sed per requisitionem ad Judicem domicilii directam.

10 Judex requisitus ab aliquo proprio Judice rei, ei parere tenetur, & requisitionem adimplere, alias superior adcurandus, qui eum compellat.

11 Quid agi solet, quando Judices requisiti sunt per Litteras requisitorias, quibus non obtemperant, nec eas adimplent.

12 Pragmatica quadam nova Sanctio Philippo Invicissimi hujus nominis II. Regis, observanda hodie in his Regnis, circa executionem contractuum faciendam, in quibus contraentes se submisserunt foro aliorum Judicum, renuntians foro proprio domicilii, quae expenditur hic per Auctorem.

13 Leg. 27. tit. 1. lib. 3. Recop. quomodo hodie observanda.

14 Qui habet scripturam privatam contra aliquem, qualiter ejus executionem petere valet.

15 Si reus privatam scripturam negaverit via ordinaria agendum erit.

16 Habens instrumentum conditionale, vel non liquidum, ejus executionem petere vult, adire debet Judicem, ut faciat citari eum ad liquidandam quantitatem, & purificandam conditionem.

17 Volens petere executionem adversus heredem debitoris, petat a Judice liquidari, an sit haeres, nec ne: & si adierit, petat executionem: si vero repudiaverit, sequentes in gradu citentur, quibus repudiantibus, dabitur bonis curator, contra quem executio intendatur, & in primis suam pernam legitimet.

Creditor executionem petens, in primis debet legitimare personam suam, & sui debitoris. Instrumentum exequendum non erit ad petitionem excommunicati, banniti, minoris, filii familias, mulieris conjugatae, & similibus, nisi prius persona legitimita fuerit.

18 Petens executionem producere debet instrumentum liquidum, vel illud, quod vult executioni mandari, coram Judice, & Tabellione, & per viam actus eam petet, pro quantitate debita, & non soluta, & pro expensis, cum protestatione recipiendi in rationibus quidquid solutum apparuerit: & jurabit, ut hic.

19 In petitione executionis, quare apponatur protestatio recipiendi in solutione debiti, quidquid solutum constiterit.

20 Petens executionem, pro quantitate plus sibi debita, illud plus solvet cum duplo pro pena.

21 Juramentum de malitia appositum in petitione executionis, a Judice exigendum erat, sed praxis observat, quod in petitione ponatur a creditore.

22 Judex, priusquam executionem mandet fieri, plura perpendere debet hic enumerata.

Judex mandatum executionum, ad instantiam procuratoris alicujus, decernere non debet, priusquam de mandato sufficienti constet.

Persona petentis executionem, plene prius legitimanda est in judicio executivo, & in quocunque alio, quantumcunque summario.

23 Mandatum executionum, qualiter decernere debet Judex.

24 Praeceptum executionis manu Judicis, & Tabellionis subscriptum, nulla debitoris praecedente citatione, creditoris traditur, a quo executor illud recipere debet.

Exponitur mandatum Judicis executionum.

25 Praxis Regni Castellae observat, mandatum executionum absque citatione debitoris decernendum, quia postmodum citatur, ad ul-

timam executionem de trance, y remate; qua praxis Jure Regio probata est, contra plures aliud sustinentes de Jure Communi.

26 Executio in persona, & bonis debitoris tunc facienda, quando debitor esset in instrumento contentus, vel esset haeres contenti in eo, vel aliter obligatione personali teneatur.

27 Executio facienda in re hypothecata, & ejus possessor ad ultimam executionem citandus: quando hypothecaria intentatur.

28 Executione facta, solutio debiti, & expensarum fieri debet.

29 Expensarum appellacione contentarum in mandato executorio, salaria, que secundum consuetudinem uniuscujusque loci debentur executori, etiam veniunt: modo non excedant decimam partem debiti principalis, traditur remissive.

30 Executoria sportula non debentur, donec integre satisfactum sit creditori de principali, & expensis.

Que leg. Regia agant de sportulis executori solvendis.

31 Sportula executori non debentur, si tempore, qua debitor requiritur cum precepto executorio, velit in continenti solvere, vel se solvisse ostendat: solvitur tamen facta in itinere, vel in expeditione mandati executorii.

Quando debitor dicatur solvere in continenti, remissive: quod Jure Regio jam innovatum est, quod si intra spatium viginti quatuor horarum solverit quis, non teneatur solvere sportulas executorii.

32 Praxis, quod, deficiente fidejussore, de evicione reus executioni datus realiter capiatur, unde ortum habuit.

33 Nobiles, Doctores, vel Licentiatu graduati Salamantice, Pincie, Compluti, & Collegiales graduati in Collegio Bononiensi, etiam si fidejussorem de evicione non praestiterint, realiter non sunt capiendi.

34 Conjugata mulieres pro debitis non capiendae.

35 In quibus rebus executio fieri nequit.

36 Boves, & instrumenta aratoria capi non possunt pro pignore, etiam si alia bona non reperiantur, nisi pro debito Fiscii, & praedii dominorum, quod de Jure Regio procedit; secus de Jure Communi.

37 Arma, & equi Militum, & Nobilium, & libri scholarium immunes sunt, ut in eis executio fiat.

38 Mandatum executorium, si prius executori, quam creditori detur, executio nulla erit.

(a) Secundum Bartol. in leg. Intra, ff. de Re judic. Alex. in leg. Si cum doctem, §. Et autem tempore, col. 2. ff. Soluti.

39 Bona mobilia in executione capta publice subastanda tribus praconis tertio quoque die, immobilia vero decimo quoque die; & ita in mobilibus, transactis decem diebus, in immobilibus triginta, debitor ad ultimam executionem citandus erit.

40 Executione facta pro debitis Fiscalibus, tria praconia facienda tribus diebus in rebus mobilibus, & in immobilibus novem diebus.

41 Praconia, quae praestantur in executione, vel dies eorum currunt a die captionis pignorum.

42 Duo menses, qui de Jure Communi dabantur debitoribus ad solvendum, restringuntur de Jure Regio ad decem dies in pignori-bus mobilibus, & ad triginta in immobilibus.

43 Citatio ad ultimam executionem personaliter facienda, vel ad domum, si reus inveniri nequeat.

44 Si debitor absit, vel defunctus absque haerede sit, bonis dandus est defensor, cum qua acta iudicii celebrentur.

45 Citationem ad ultimam executionem praemissa, debitor intra tres dies, suas exceptiones allegare debet: alias Juxta profertur sententiam, & jubet creditori solutionem fieri.

46 Libelli oppositionis copia danda creditori, & debitor intra decem dies allegatas exceptiones omnino probare debet.

47 Decem dies concessi, ut reus probet defensiones suas, currunt a tempore oblatis libelli oppositionis carum: etiam si reus se opponat ante praconia, vel antequam ad ultimam executionem citetur: quibus terminis jam non gaudebit.

48 Terminus decem dierum, qui reo executioni dato ad probandas exceptiones conceditur, communis est utrique parti.

49 Sex dies duntaxat in Lusitania conceduntur executatis reis, ut suas valeant opponere exceptiones: qua nostro Jure Regio debent esse legitima.

CAPUT SECUNDUM.

DE ORDINE PROCEDENDI IN VIA EXECUTIVA.

VISIS aliquibus, quae executionem paratam habent, nunc oportet expendere, quo ordine, & qualiter in via executiva procedi debeat: 1. & in primis advertendum est, quod quando per viam executivam agendum erit, libellus, nec offerendus, nec lis contestanda erit, sed per viam actus executio erit postulanda. (a) 2. Et si aliquis habens instru-

mentum, & Rebuff. in Tract. de Litter. obligat. art. 6. gloss. 3. n. 5.

mentum executorium inceperit ab agendo via ordinaria, poterit postea, habito consilio resilire, & desistere a via ordinaria, & capere viam executivam, reficiendo expensas parti adversae factas in via ordinaria: quod verius esse, exillimat Rebuffus. (b) Et ita vidi jam praedictari: (c) quia via ordinaria, & executiva sunt diversae, & ita electione non tolluntur, ut dicemus infra. (d)

3. Ac proinde, quotiescumque quis habuerit contra aliquem sententiam in auctoritatem rei transactam, vel aliquod aliud instrumentum publicum, aut privatum, cujus vigore intendit executionem fieri adversus reum, tunc comparere debet coram Judice Ordinario ipsius rei, cum actor sequi debeat forum rei; (e) & si debitor plures Judices habuerit, quod contingere potest, (f) vel casus sit Curiae, tunc datur electio actori ad eundem quem maluerit, ut diximus. 4. Quinimo plures vias executivas simul competentes adversus eundem intendere poterit simul, vel successively coram eodem Judice, & etiam coram diversis iudicibus competentibus ejusdem debitoris, & litispendentia coram uno non impedit executionem coram alio petitam, ita firmat Ant. Gallelius. (g)

5. Tamen, si sententia a Judice unius loci lata exequenda sit extra ejus territorium, puta, quia reus ibidem commoratur, vel bona ejus sita sint in territorio alterius Judicis, tunc, petita executione, praedictae sententiae coram Judice, qui eam protulit, Juxta profertur debeat requirere Judicem alterius territorii, ut exequatur ejus sententiam, & decretum: & sic per litteras requisitorias, quas vulgo Carta de Justicia, y Requisiteoria dici-

(b) Ubi supr. num. 7. (c) Et pro ista parte faciunt, quae resolvit Marant. in disput. 4. a n. 1. post Tract. de Ordin. Judic. & quod de remediis, leg. Consententiam, Cod. Quom. & quom. jud. resolvit ibi Bartol. n. 16. & Panorm. in cap. Prout, n. 20. de Dol. & contum. & nos dicemus infra. in 2. part. 2. tom. num. 9. (d) Isto Tract. cap. 3. n. 37. (e) Ut in leg. Juris ordinem, & leg. in criminali, Cod. de Jurisdic. omni. jud. & in leg. 2. Cod. Ubi, & apud quem, & in cap. Si Clericus laicum, & in cap. Cum sit generale, de For. compet. (f) Juxta ea, quae resolvimus in 1. part. hujus 1. tom. 1. temp. a n. 75. (g) In Tract. Ad formulam camerale oblig. particul. 3. quaez. 2. n. 2. citans Jass. in leg. Nulli, Cod. de Judic. n. 8. sed Jass. ibi, huc cogitandum reliquit: tamen hanc esse meram veritatem, sicut evangelium in conf. 9. vol. 1. verfic. 3. n. 2. & in conf. 28. n. 3. vol. 1. (\* Et post hanc secundam editionem vidi Quint. Mandatum in Tract. de Inhibitor. quaez. 121. n. 6. eandem opi-

mus, executio fiet: 6. nam unus Juxde potest sententiam alterius exequi, si ab eo pro ejus executione fuerit requisitus. (h)

7. Pari modo, si executio petenda fuerit virtute alicujus instrumenti publici, vel privati habentis executionem paratam, & ratione celebrati contractus, ob quam quis sortitur forum, (i) actor velit eam petere coram Judice loci contractus, utique poterit, si reus in illo loco solvitur: nam licet ratione contractus quis fortiat forum, conveniri tamen non poterit apud Judicem illius loci, ubi contraxit, nisi ibi inveniatur. (j) 8. Nec ad requisitionem Judicis loci contractus reus remittendus erit per Judicem sui domicili, nisi in dicto contractu reus se submisisset foro illius loci contractus, renuntians expresse proprio domicili foro: vel nisi renuntians proprio foro destinasset solutionem in certo loco faciendam: aut nisi in aliis casibus, in quibus locus esset remissioni, quos optime congerit, & resolvit Covarruvias: (k) 9. nam tunc quando locus esset remissioni ad Judicem loci contractus, coram eo peti poterit executio illius contractus: qui tamen Juxde non poterit, etiam verbaliter, citare, & ad suum Tribunal vocare reum commorantem extra ejus territorium: sed poterit requirere Judicem loci, ubi reus domicilium habuerit, ut reum sibi remittat, & executionem faciat in ejus persona, & bonis. 10. Qui Juxde requisitus erit tunc executor sententiae, & decreti Judicis requisitis, sicuti in executione latae sententiae fieri debet: (l) tenebiturque requisitionem adimplere, & idem sentire, & decretum requisitis exequi; alioquin ejus superior ad eundem erit, petendumque ab eo, compellat Judicem requisitum ad-

mionem tenentem auctoritate Jass. & Joan. de Nevezanis in conf. 4. incipienti e. de part. col. ult. n. 13. & vide Lancel. in Tract. de Attent. 2. part. cap. 4. de Attent. lit. pend. lim. 3. n. 13. pag. 116. n. 50. & Acced. in leg. 1. tit. 21. lib. 4. Recop. gloss. verb. Que no sea admitida, num. 155. (b) Juxta text. in leg. A Div. Pio, §. Sententiam, ff. de Re jud. & in Auth. de Eschib. reis, §. Si vero, & in Auth. Ut differentes sint judices, & notatur in cap. Romana, §. Contrahentes, de For. comp. lib. 6. & tenent plures relati ab Affin. in sua Praxi, §. 31. cap. 9. n. 2. & probatur in leg. 1. tit. 27. Part. 3. (i) Ut in leg. Haeres absens, §. Proinde, & ibi gloss. verb. Debebit, ff. de Jud. & in cap. fin. de For. comp. (j) Juxta text. in cap. Romana, §. Contrahentes, de For. compet. lib. 6. & ibi notant DD. communiter, & in cap. fin. Extra de For. comp. gloss. & Doct. in dict. leg. Haeres absens, §. 1. & communiter omnes ex Covarr. in Pract. Quaez. cap. 10. n. 3. (k) Ubi supr. (l) Dict. leg. A Div. Pio, §. Sententiam, & resolvit Covarr. ubi supr. n. 7.

Remissio  
forum

implere litteras requisitorias Judicis requirentis : qui superior cogere debet Judicem requisitum, ad prædictam executionem faciendam. (m)

11. Et hinc Judex requirens, vel pars cuius interest, quotiè suas querelas proponunt coram Auditoribus Regis, adversus Judices renuentes executioni mandare sententias judicum requirentium, aut eorum mandata de exequendis contractibus : qui Auditores Regii mandata decernunt nomine Regio adversus Judices requisitos, quibus præcipiunt eisdem, ut adimpleant requisitionem, & executionem faciant : & quandoque Inferiores pœnis puniuntur arbitrio Auditorum, si in dolo, & malitia fuerint. Si verò Judices requisiti iuste denegaverint suum auxilium requirentibus, tunc querela adversus eos in Audientis non admittuntur, nec supradicta mandata Regia eisdem diriguntur : quam praxim resolvit Covarruvias. (n)

12. Hodie verò circa executionem contractuum faciendam, in quibus contrahentes se submiserunt foro aliorum judicum, renuntiantes proprio domicilio foro, observandum erit, quod dispositum extat per quandam Pragmaticam sanctionem nostri Invictissimi Regis PHILIPPI II. promulgatam Madriti, die 21. mensis Februarii, anni MDLXXIII. quæ habetur in nova impressione Recopil. in leg. 20. tit. 21. lib. 4. Recopil. qua disponitur, quod si in contractibus, & scripturis centium, aut alterius rei, contrahentes renuntiaverint proprio foro, & domicilio, & se submiserint jurisdictioni Judicum Criminum residentium in Cancellariis, & Audientis Regis, executio in persona contrahentis ab uno ex dictis iudicibus fieri possit, si intra circuitum quinque leucarum, ubi Audientia residet persona contrahentis invenitur, quamvis in illo circuitu bona non habeat : & idem Judex, coram quo petita fuerit executio, in illo casu poterit procedere ad executionem faciendam in bonis contrahentis existentibus extra dictum circuitum quinque leucarum, dummodo hanc executionem bonorum faciat per litteras requisitorias dirigendas ad Judicem illius loci, in quo sita sint bona. Similiter unus ex dictis iudicibus poterit prædictam executionem facere in bonis contrahentis existentibus in illo districtu quinque leucarum, quamvis ibi contrahens non invenitur : & si bona non fuerint satis pro creditoribus satisfaciendis, executio

meliorari poterit ab eodem Judice in bonis, que contrahens haberet extra illum circuitum, dummodo prædictam meliorationem Judex ille faciat, per litteras requisitorias dirigendas ad Judicem loci bonorum.

Pari modo disponitur, quod unus ex dictis iudicibus, quo casu contrahens proprio foro renuntiaverit, & se submiserit eorum jurisdictioni, possit prædictam executionem facere in persona, & bonis contrahentis per litteras requisitorias, quamvis contrahens in illo districtu quinque leucarum non invenitur, nec bona ibi habeat : & quod in nullo ex dictis casibus talis Judex possit mittere executorem, pro illa executione faciendam : nec Provisio Regia subscripta manu omnium Judicum illius Cancellariæ, vel Audientis, pro illa executione faciendam, detur : nam hoc fieri omnino prohibetur in illa Pragmatica.

Statuitur etiam in dicta Pragmatica, quod si contrahentes renuntiaverint proprio foro, & se submiserint jurisdictioni Præsidentis, & Auditorium Cancellariarum, & Audientiarum, & ipsi contrahentes, vel res, super quibus contraxerunt, fuerint tales, de quibus, tanquam de casibus Curie, Auditores in prima instantia cognoscere possint, quod in tali casu Præsides, & Auditores possint mittere executorem expensis debitoris, pro illa executione faciendam, vel concedere Provisionem Regiam manu omnium subscriptam, cujus virtute executio fiat in loco contrahentis : & quod idem observetur in Regno Galliciæ à Rege, & à iudicibus Majoribus illius Audientis in prædictis casibus Curie. Cæterum extra dictos casus Curie Regens, & Judices Majores Galliciæ, extra circuitum quinque leucarum, ubi Audientia fuerit, non possint in executione procedere, quamvis contrahentes se submiserint coram jurisdictioni : 13. & quod juxta hanc limitationem sit observanda lex 27. tit. 1. lib. 3. Recop. ordinatur insuper, quod Regens, & Auditores Hispanensis Audientis, circa executionem contractuum, in quibus renuntiatio fori, & submissio fuerit, observent idem, quod supra dispositum est in iudicibus, & Auditoribus Cancellariarum.

Disponitur præterea in dicta Pragmatica, que los Alcaldes de los Adelantamientos, extra circuitum quinque leucarum, ubi ipsi residentes fuerint, non possint executionem facere, non obstante quacunque submissione eisdem facta, nisi persona, aut bona contrahentium

intra illum districtum quinque leucarum inveniantur : aut nisi contrahentes fuerint Dominus alicujus jurisdictionis : aut Judices, aut Concilium alicujus loci : nam tunc procedere poterunt ad executionem intra districtum jurisdictionis de su Adelantamiento.

Rursus disponitur in dicta Pragmatica, quod Judices Ordinarii Tribunalium Inferiorum Regni non possint procedere ad executionem contra aliquem, qui proprio foro renuntiavit, & eorum jurisdictioni se submiserit, nisi persona contrahentis, aut ejus bona inveniantur intra jurisdictionem talium Judicum, aut nisi contrahens ratione contractus, quem celebravit in loco illius Judicis, aut ratione destinata solutionis in tali loco faciendæ, vel alia ex causa sortitus esset forum executionem, tunc talis Judex ad executionem poterit procedere per litteras requisitorias, quando nec persona contrahentis, nec ejus bona inveniantur in jurisdictione illius Judicis.

Et denique in prædicta Pragmatica præcipitur, quod vigore submisionum generalium, quæ in contractibus fieri solent, quibus contrahentes se submittunt cuicunque foro, jurisdictioni, & Judici, coram quo conventi fuerint, quamvis renuntiatio proprii fori adit, & alia quæcunque clausula à Tabellionibus ponantur, ad executionem procedi non possint, nisi tantummodo, quando persona, aut bona contrahentis inveniantur intra jurisdictionem illius Judicis, coram quo executio petita fuerit. Ex quibus verbis constat, quod si bona, aut persona conventi reperiantur intra jurisdictionem ejus, coram quo productum fuit instrumentum, quod executio ab eodem fieri poterit virtute generalis submisionis in instrumento contentæ, & ita per hanc Pragmaticam approbatur opinio Jassonis, (o) & improbat opinio contraria Roderici Suarez.

Et tandem præcipitur, dispositum in dicta Pragmatica omnino observari, non obstantibus quibuscunque pactis, conditionibus, & renuntiationibus, etiam prædictæ Pragmaticæ, in contractu appositis : & quod aliter, nec alio modo procedatur ad executionem contractuum, in quibus contrahentes renuntiaverint proprio foro, & se submiserint foro alterius Judicis.

14. Ex quibus supra resolutis constat, coram quo Judice executio peti debeat : unde habens scripturam privatam contra aliquem, comparere debet coram ejus Judice, petereque ab eo virtute illius scripturæ, quod iustum,

& suum mandatum eidem concedat, ad hoc quod reus quantitatem in scriptura privata contentam solvat, vel comparat ad illam recognoscendam : & si solvere noluerit, & in termino comparuerit, & prædictam scripturam recognoverit, tunc actor petet, quod Judex eam executioni mandet, quam Judex facere mandabit, sicut de instrumento publico dicendum erit. 15. Si verò reus scripturam privatam negget, via ordinaria agendum erit, ut supra in cap. 1. corollario 6. resolvimus.

Cæterum si reus in districtu illius Judicis non invenitur, nec sit suæ jurisdictionis, si tamen ratione contractus in loco Judicis celebrati, vel ratione destinata solutionis ibi faciendæ, vel alia de causa sortitus fuerit ejus forum, seque submiserit suæ jurisdictioni, renuntiaveritque proprio foro in prædicta scriptura privata, nec persona debitoris, nec ejus bona ibi inveniantur, tunc actor comparere poterit coram Judice loci contractus celebrati, vel destinata solutionis, petereque ab eo litteras requisitorias dirigendas ad Judicem loci, in quo reus commoratur, ut ipse mandet reo quantitatem solvere, vel scripturam privatam recognoscere : eaque recognita, pro quantitate, & expensis executionem faciat in persona, & bonis debitoris : & tunc Judex, visa privata scriptura, & quod juxta supradictam Pragmaticam ad executionem procedere possit, concedit prædictas litteras requisitorias, ut supra diximus. Idemque observandum erit, quando similis casus contigerit circa executionem faciendam virtute alicujus sententiæ, vel instrumenti publici.

16. Advertendum etiam erit, quod quando quis habuerit instrumentum publicum, vel privatum conditionale, vel non liquidum, volueritque ejus executionem petere contra debitorem in eo nominatum, tunc comparebit coram Judice, petereque ab eo, reum citari ad purificandum conditionem, vel liquidandum quantitatem, ut supra diximus : (p) quo summarie facta, statim actor petet executionem fieri.

17. Pari modo, quando adversus heredem debitoris petere voluerit executionem, comparebit actor coram Judice petens, quod reus prius citetur, & liquidetur, quod est heres, & quod hereditatem adeat, vel repudiet : & si eam adierit, tunc actor executionem petet, ut supra resolvimus. (q) At verò si hereditatem repudiaverit, actor petere debet, quod heredes sequentes in gradu ad idem citentur : qui

T buq

(m) Ut probatur in dict. leg. A. D. Pio, §. Sententiam, juxta litteram Florentinam, in qua legitur : si hoc jussu fuerint, &c. & ita ex illo text. tenent Bartol. Jass. col. 1.

& communiter omnes ibi.

(n) Ubi supr. n. 2. in fin.

(o) In leg. Si convenerit, n. 39. quem sequitur ibi Orosio. ff. de Jurisdic. univ. jud. per text. in leg. Titium, §. 1. ibi : Neque Roma prædica habeat, ff. de Administr. tutor.

(p) In cap. 1. in vers. Quanto dicendum est, &c.

(q) In dict. cap. 1. vers. Ostendo.

bus omnibus repudiantibus, actor tunc petet, quod bonis curator, vel defensor detur, aduersus quem via executiva intentanda erit. Observabit etiam creditor, quod personam suam, & debitoris prius legitimer, (\*) quia in primis legitimanda est persona agentis in iudicio: (f) nam si creditor sit minor, aut bannitus, aut excommunicatus, aut filiusfamilias, aut mulier conjugata, aut alia persona inhabilis ad ejus petitionem instrumentum non erit exequendum. (g)

18. Caterum quando quis instrumentum publicum purum, & liquidum, vel sententiam transactam in auctoritate rei iudicatae habuerit contra aliquem, & ejus executionem petere voluerit coram Judice, in cuius territorio reus domicilium, vel bona habuerit, tunc actor coram Judice, in presentia Tabellionis producat sententiam, vel instrumentum illud, & per viam actus petet, quod executioni mandetur contra personam, & bona debitoris pro quantitate sibi debita, & non soluta, & pro expensis, protectans, separatim esse, in solutionem debiti recipere, quiaquid solutum esse apparuerit, & in fine petitionis petet justitiam sibi exhiberi, jurabitque predictam quantitatem sibi debitam, & non solutam esse, & executionem illam de malitia non petere. Quam petitionem executionis formabis, ut habetur infra, in processu executivo sermone Hispano fulminato.

19. Et est advertendum, quod ideo in predicta petitione apponitur illa protestatio, quia per eam petitio executionis restringitur ad id, quod verè deberi apparuerit, quando prolata fuerit sententia ultima executionis, quae vulgò De trance, y remate dicitur, 20. & etiam per eam evitatur poena imposita contra petentes executionem pro quantitate plus sibi debita, quae est, quod illud amplius solvat cum duplo, juxta text. in leg. 9. tit. 21. lib. 4. Recopil. apponitur etiam in dicta petitione juramentum de malitia, 21. quia illud exigi debet à Judice, ut disponitur in dict. leg. 9. praxis tamen hodie observat, quod in ipsa petitione executionis à creditore praefertur.

22. Et facta praedicta petitione executio-

nis à creditore, tunc Judex inspiciere debet, an executionem petens habeat personam legitimam standi in iudicio, & an qui petit, ineptè petat, & excludat executionem, & an ipse Judex sit competens debitoris, & an petens juramentum praestiterit in ipsa petitione executionis, quod quantitas est sibi debita, & non soluta, & si executio petita fuerit à procuratore nomine creditoris, inspiciere debet, an mandatum sit sufficiens, & de eo in processu constet, nam donec Judici constet de mandato, praecipuum executorium dare non debet: in iudicio enim quantumcumque summario requiritur plena legitimatio personae, si petatur: (a) deinde inspiciere debet Judex instrumentum, an sit ruptum, rasum, cancellatum, vel in aliqua parte vitiosum, & absque suspitione: & an, qui executionem petit, & ille contra quem petitur, sint in eo contenti; ita quod tale instrumentum executionem paratum habeat.

23. Et si tale illud repererit, nulla precedente citatione debitoris, decernit suum mandatum, quo praecipit Alguacello, vel alicui executori, quod executionem faciat in persona, & bonis ipsius debitoris pro quantitate debiti, & expensarum, prius in bonis mobilibus, & in eorum defectum in immobilibus, & quod fideiussorem de evictione à debitore recipiat, quo cautum sit, bona executioni mandata, tempore ultimae executionis, sufficere pro solutione debiti, & expensarum, & quod in defectu fideiussoris personam debitoris realiter capiat: praecipitque Judex in eodem praecipio, quod executor citet debitorem, ad videndum praecia publica subhabitationis dari. 24. Quod praecipuum manu Judicis, & Tabellionis subscribitur, & absque citatione debitoris datur ipsi creditori, ut eo utatur quoties voluerit, & de manu creditoris executor recipere debet: quae praxis colligitur ex leg. 1. Cod. de Fide, & jure hasta fipcalis lib. 10. & ex leg. 19. tit. 21. lib. 4. Recopil. (x) Quod praecipuum erit concipiendum, ut infra habetur, in processu executivo sermone Hispano fulminato.

\*\*\*  
\*\*\*  
\*\*\*

EX

(\*) Juxta ea, quae resolvimus supr. in 1. part. hujus 1. tom. 2. Temp. à n. 4.

(f) Secundum gloss. & Jass. in Rubr. Cod. Qui admitt. gloss. leg. 2. Cod. de Edict. D. Adv.

(g) Ut post Bart. in leg. 1. §. Parvi refert, n. 6. ff. Quod vi, aut clam. tradunt Avend. in Declar. dict. leg. 4. & 5. n. 23. Anton. Canar. in Tract. Executionum, quæst. 15. & Anton. Gallef. in Tract. Ad formulam cameraris oblig. 4. particul. quæst. 1. n. 3.

(a) Secundum Bald. in leg. 2. Cod. de Edict. D. Adrian. & in terminis tenet Doct. Castell. in leg. 64. Taur. gloss. verb. De las Acredores, n. 81. Rod. Suar. dict. leg. Post rem judicatam, quæst. 3. Didac. Perez in leg. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. in col. michi 1085. verb. Utrum executio.

(x) Et eam dicit in isto Regno communiter observari Roder. Suar. in dict. leg. Post rem judicatam, limit. 12. & Covarr. lib. 2. Variar. cap. 11. n. 3. & Didac. Perez in leg. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. 1070.

EXPOSITIO SUPRADICTI PRÆCEPTI  
executorii.

Diximus, ad praecipuum executorium concedendum, prius Judicem debere inspiciere, an instrumentum esset tale, quod executionem paratam haberet, juxta resoluta supra in cap. I. hujus tractatus: hoc enim Judex, prius quam praecipuum decernat, facere debet, ut probat lex 19. tit. 21. lib. 4. Recopil. debet reliqua inspiciere, ut diximus supra. (y)

25. Diximus deinde, praedictum praecipuum à Judice decernendum fore, absque ulla citatione debitoris, quia praxis hujus Regni ita observat, ex eo quod postmodum debitor citari debet ad ultimam executionem, id est, para trance, y remate. Ideoque debitori non tollitur defensio, cum in illud tempus sibi reserveret, quam praxim notant Avendanius, (z) & Didac. Perez: (a) quamvis Baldus, (b) & alii plures relati à Didac. Perez, ubi supra, teneant, de jure necessariam esse citationem debitoris, ad decernendum praecipuum executionis faciendae. Sed jam hodie supra dicta praxis hujus Regni approbata est per legem Regiam 19. tit. 21. lib. 4. Recopil. ubi statuitur, quod Judex, viso instrumento habenti executionem paratam, praecipuum executorium decernat, sine citatione debitoris, & quando statuitur ita disponit, citatio non erit necessaria, ut docet Anton. Canarius. (c)

26. Diximus, executorem debere executionem facere in persona, & bonis debitoris, ad denotandum, ita fieri debere, quando debitor esset contentus in instrumento, vel esset haeres debitoris principalis contenti in instrumento, vel aliter obligatione personali teneretur; 27. alioquin, si intentaretur hypothecaria, executio faciendae esset in re hypothecae tradita, & ejus possessore citandus ad ultimam executionem. (d)

28. Diximus, executorem debere executionem facere pro quantitate debiti, & expensarum, quia creditori, facta executione virtute alicujus instrumenti executionem pa-

ratam habentis, solutio debiti, & expensarum prius fieri debet, juxta text. in leg. 7. & 8. tit. 21. lib. 4. Recopil. 29. & appellatione expensarum in dict. praecipuo contentarum, veniunt etiam sportulae, & salaria, quae secundum consuetudinem uniuscujusque loci executori debentur, dummodo decimam partem debiti principalis non excedant, juxta text. in l. 7. tit. 21. lib. 4. Recopil. (e) 30. quae sportulae executori non debentur, donec integrè satisfactum sit creditori de debito principali, & de suis expensis, ut probatur in dict. leg. 7. & 8. & in leg. 10. tit. 6. lib. 3. Recopil. Et de istis sportulis executori solvendi agit lex 7. & 8. cum aliis sequentibus tit. 21. lib. 4. Recopilat.

Et leg. 13. tit. 13. lib. 2. Recopil.

Et leg. 10. 31. & 32. tit. 6. lib. 3. Recopil.

Et in tit. 29. cap. 8. cum nonnullis sequentibus lib. 4. Recopil. (f)

31. Advertendum tamen est, quod si debitor tempore, quo executor cum requirit cum praecipuo executorio, velit in continentem solvere creditori in pecunia numerata, vel ostendat scripturam solutionis factam, etiam post decretum praecipuum, sportulae executori non debentur, nisi in itinere facta, vel in expeditione praecipii. (g) Et quid debeat habere executor tunc pro sportulis, ratione itineris, & etiam Tabellio, praescribit lex 65. tit. 4. lib. 3. Recopil. & quando in continentem dicatur solvere, colligitur à Glossis (h) hodie vero per Pragmaticam Philipp. II. promulgatam Madrit. anno LXXIII. petitione 32. quae hodie habetur in leg. 21. tit. 21. lib. 4. Recopil. in nova editione, statuitur, quod si intra spatium viginti quatuor horarum debitor solverit, sportulae executori non debeantur, quae decima executori debetur post executionem factam, licet terminus solutionis protergetur debitori à creditore, juxta dict. leg. 7. tit. 21. lib. 4. Recopil. (i)

Diximus, executionem in bonis movilibus, & eis deficientibus in immobilibus cum fideiussore de evictione faciendam fore per leg. A D. Pio, §. In venditione, ff. de Re jud. leg. 3. tit. 21. lib. 4. Recopil.

(y) In isto cap. n. 22. & ea explicat Avend. in Declar. dict. leg. 4. & 5. à n. 23. ac proinde ea non explico.  
(z) In Tract. ad leg. 4. & 5. tit. De las excepciones, lib. 3. Ordin. n. 26. verb. Confiteo ergo. Duenas in regul. 94. limit. 4.

(a) In leg. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. 1074.

(b) In leg. Ab executeore, col. 2. Cod. Quor. appell. novrecip.

(c) In Tract. de Executione instrum.

(d) Juxta ea, quae supra in isto Tract. resolvimus in cap. 1. verb. 8. & in verb. 9. & tradit Roder. Suar. in leg. Quoniam in principibus, ampliat. 7. n. 8. Cod. de Inoffic. testam. & in dict. leg. Post rem, in Declar. leg. Reg. limit. 1. n. 14.

(e) Et explicat Avend. in cap. Praetorum, 1. part. cap. 17. per totum.

(f) Avil. in cap. Praetorum, cap. 10. in gloss. verb. Derechos, & latius Avend. ubi supr. in dict. cap. 17. & Didac. Perez in leg. 21. gloss. 1. tit. 24. lib. 2. Ordin.

(g) Juxta text. in leg. Si fideiussor, ff. de Dol. except. tradit Avil. in cap. Praetor, cap. 9. in gloss. verb. Derechos, & est text. in leg. 18. tit. 21. lib. 4. Recopil.

(h) Et ibi Dec. in cap. An sit, verb. In continentem, de Appell.

(i) Facit etiam leg. 10. tit. 6. lib. 3. Recopil. ibi: O las partes se concertaven. Et tradit Did. Per. in dict. l. 1. in gl. 4.

tit. 27. Part. 3. leg. 19. tit. 21. lib. 4. Recopil. & si executio facta esset prius in immobilibus, esset nulla tanquam contra formam legis facta. (\* Qui ordo procedendi censetur introductus in favorem ipsius debitoris, ut sentit Glosfa, (j) & hinc est, quod si debitor maluerit, quod prius executio fiat in rebus immobili- bus, in eis fieri debet, ut resolvit Gregor. Lupus. (k)

32. Diximus, quod deficientibus bonis, & fidejussore de evicitione, debitorem realiter capiendum esse, quae praxis ortum habuit à Glosfa, (l) & eam ponit text. in dict. leg. 19. tit. 21. lib. 4. Recop. ubi dicitur, personas privilegatas capiendas non esse, 33. ut putat, Nobiles: (m) quo privilegio gaudet etiam Doctores, vel Licentiatu graduati Salmanticae, Vallisoleti, Compluti, vel Collegiales gradua- ti in Collegio Bononiensi examine riguroso, & non alias: cum tales debeant gaudere privilegii militibus armatae militiae concessis, ut resolvit Didac. Perez. (n)

34. Similiter nec mulieres conjugatae pro aliqua executione realiter erunt capiendae. (o) Quinimo nec mulier soluta capi potest pro debito civili. (p) 35. Rursus praedicta executio fieri non debet in rebus contentis.

In leg. 3. tit. 27. Part. 3.  
Et in leg. 23. tit. 21. Part. 2.  
Et in leg. 16. tit. 21. lib. 4. Recop.  
Et in leg. 5. & 6. tit. 17. lib. 5. Recop.  
Et in leg. 12. cod. tit. & lib. (g)  
Et praedicta res exemptae, in quibus executio fieri non debet, sunt boves, & animalia, & instru- menta aratoria, (r) etiam si alia bona, in quibus executio fiat, non reperiantur: nam etiam tunc capi non possunt, ut resolvit Maranta (f) praeterquam pro debitis Fiscalibus, & dominorum praediorum: nam tunc, si alia bona non inveniantur, in eis executio fieri poterit pro sol- vendis debitis Fiscalibus, & dominorum praedio- rum, quod, attento *jure Regio*, procedit per

text. in leg. 5. & 6. tit. 17. lib. 5. Recop. At verò de *jure Communi*, si alia bona non re- perirentur, in eis executio fieri posset, etiam pro quibuscunque debitis privatis, ut cum pluribus resolvit Dueñas. (t)

37. Similiter arma militum, & libri scho- larium capi non possunt, secundum Glosfam, (u) & in leg. 23. tit. 21. Part. 2.

Et leg. 3. tit. 27. Part. 3.  
Et in leg. 9. tit. 1.  
Et in leg. 3. tit. 2.  
Et in leg. 1. versic. 6. tit. 6. lib. 6. Re- copil.

Et in l. 25. tit. 13. lib. 8. Recop.  
Et in leg. 6. tit. 17. lib. 5. Recop. ubi di- citur, eodem privilegio equos Nobilium gau- dere, quod etiam explicat Dueñas, (x) qui constituit regulam generalem cum limitari- bus; scilicet, quod executio contra omnes, & in omnibus rebus regulariter fieri potest: quod privilegium procedit, etiam si alia bona non inveniantur, & ita praedicatur secundum Di- dac. Perez, (y) & facit leg. 1. versic. 6. tit. 6. lib. 6. Recop. quae expressè loquitur in armis, & ita est tenendum, etsi oppositum teneat Baeza. (z) Quinimo nec in domo Nobilis, in qua habitat executio fiet, ut in leg. 3. tit. 2. lib. 6. Recop. (a) Et Otalora (b) resolvit, in executione faciendae Nobilibus pro debito civili, non esse penitus eis omnia bona auferenda, sed esse eis relinquenda arma, vestes, equum, lectum quotidianum, & domum habitationis, citans ad hoc leges Regias, quae ejus opinio- nem probant, adferensque, hoc raro praedicari, quoad domum habitationis, quamvis fuerit valde dubitatum in Cancellaria Vallisoleta- na. Ceterum quantum ad arma, equum, sive mu- lam, vestes, & lectum quotidianum, testatur omnino observari, quotidianumque esse. Quae omnia procedunt, nisi pro debitis Fiscalibus, ut in dictis legibus dicitur, vel nisi debitum ex delicto descendat. (c) Et in casibus, in quibus

(j) In dict. §. in venditione, verb. Animalia, ibi: Que minus debitori necesse. Et Bart. n. 5. ff. de Re judic. & firmat Panorm. in cap. Quo ad consultationem, n. 27. de Re judic. (k) In leg. 3. tit. 27. Part. 3. gloss. 3. (l) In leg. 3. §. Titulos, verb. Vinculis, ff. de Suspecti. tutor. quam dicit memorabilem Covarr. lib. 2. Variar. cap. 1. n. 2. (m) Juxta text. in leg. 3. tit. 2. lib. 6. Recop. Et tradit Dueñas in leg. 27. 5. limit. 3. Et Otalor. de Nobilit. 5. part. cap. ult. n. 2. & Baeza de Inope debitor. cap. 16. n. 7. (n) In leg. 1. tit. 1. lib. 4. Ordin. in gloss. verb. En los Doctores, & in leg. 10. tit. 4. lib. 4. Ordin. in gloss. 1. in versic. Ex quibus inferitur. (o) Juxta text. in leg. 8. & 10. tit. 3. lib. 5. Recop. (p) Juxta text. in leg. 1. Cod. de Offic. diverfor. jud. & in leg. 10. tit. 3. lib. 5. Recop. & late tradit Joan. Bapt. Caccialup. in Tract. de Debitor. suspecto, quæst. 5. §. 4. n. 22.

(q) Et cumulat ista bona Quint. Mandosius in Tract. de Inhibit. quæst. 71. à n. 15. & Alsín. in Prax. Jud. §. 23. cap. 32. ampliat. §. 8. limit. 32. cum pluribus sequentibus. (r) Juxta text. in leg. Executores, Cod. Que res pign. (f) De Ordin. Jud. 6. part. act. 3. & ult. à n. 28. (g) In leg. 27. 5. limit. 1. cum quatuor sequentibus. (h) In leg. Nepos Proculus, verb. Dignitate, ff. de Verbor. signific. (i) In dict. reg. 27. 5. limit. 3. & 5. (j) In leg. 12. tit. 1. lib. 4. Ordin. per text. in leg. 23. tit. 2. Part. 2. & per quandam Pragmaticam, quam citat Perez, ubi supra, quae Pragmatica habetur in leg. 5. & 6. tit. 17. lib. 5. Recop. (k) Tract. de Inope debitor. cap. 16. n. 119. (l) Notat Baeza, ubi supra, n. 10. (m) De Nobilit. cap. ult. §. part. n. 3. (n) Argum. text. in leg. 6. tit. 2. lib. 6. Recop.

bus hujusmodi nobiles possunt incarcerari, de- bet illis assignari honestus, & decens locus, ve- luti Palatium Potestatis, vel tota Civitas. (d)

Pari modo in libris Scholarium executio fieri nequit, secundum Glosfam, (e) quod verum esse intelligit, nisi alia bona non inveniantur. (f) In officiis publicis Tabellio- natus, Decurionatus, & similium executio fieri potest, & quotidie fit, & possessores compellitur eis renuntiare: quia hujusmodi officia publica vendi, & pignori dari posse, re- solvit Covarruyias, (g) & Joannes Garcia vir singulari eruditione praeditus, (h) & unanimi- ter hoc ab omnibus teneri, & in Praetorio Gran- nateni fuisse sic iudicatum, testatur Tellus Fer- nandez, (i) qui tamen ab hac opinione recedi- dit, contendens executionem fieri non posse in his officiis publicis, & eandem opinionem sentit Roxas; (j) praxis verò observat, execu- tionem fieri posse.

38. Adverte insuper, quod praedictum prae- ceptum executionis ipsi creditori prius dari debet, ut eo utatur, quoties voluerit, & deinde de manu ipsius creditoris executor il- lud recipere debet: alioquin, si prius executori- ri detur, executio nulla erit, ut decisum ex- tat in leg. 17. tit. 21. lib. 4. Recopil. Rursus adverte, quod ab isto mandato de exequendo debitor appellare non potest, secundum Glos- sam, (k) & est communis opinio. (l) Hanc tamen communem opinionem tribus modis limitat Feliuss: (m) limitabis etiam, quando negativè pronuntiatum esset à Iudice, ut putat, sententiam, vel instrumentum non esse exequen- dum: nam hujusmodi gravamen reparari non potest per appellationem interpositam à diffi- nitiva, quia nulla alia sententia speratur: ita tenet Rodericus Suarez, (n) & ita est tenen- dum, quamvis Glosfa, (o) & plures relati à supradictis contrarium teneant: optima tamen

erit cautela Angeli, quam sequuntur Carpola, (p) & Roder. Suarez, (q) nempe, quòd Iudex realiter mandet executioni sententiam, vel instrumentum, sine pronuntiatione super exe- cutione, precipiendo, quòd mandatum detur actori, ad hoc ut Alguacelli, & Ministri Judi- cis capiant pignora, & personam debitoris, pro quantitate debita, & expensis, & consulo Judicibus, quòd ita observent, ad evitandam dictam appellationem, & sedandas opiniones Doctorum.

39. Executione facta ordine supradicto, bona executioni mandata publice debent sub- stantari, sub tribus praedictis in rebus movilibus tertio quoque die: in rebus verò immobilibus decimo quoque die: & licet haec praecia ex consensu debitoris remittantur, & pro emisis habeantur, quòd vulgò dicitur Haber por dados los pregonos, ad huc tamen dies praeco- niorum à lege concessi transire debent, ut locus sit ultima executioni, cum pro forma à dict. leg. 19. concedantur; si verò praecia emittantur in termino breviori, vel absque con- sensu partium non dentur, & omittantur, execu- tio erit nulla, cum contra formam legis fiat, ut tradit Covarruyias, (r) ita quòd transactis decem diebus in rebus movilibus: & in rebus immobilibus elapsis triginta diebus praecio- rum, debitor citandus erit ad ultimam execu- tionem, id est, Para ver hacer trancé, y remate en los bienes executados, &c. quae praxis oritur ex leg. 1. tit. 20. lib. 3. Fori, & ex leg. 19. tit. 21. lib. 4. Recop. (s)

40. At verò si executio pro debitis Fiscalibus fiat, tria praecia in tribus diebus celebrari de- bent in rebus movilibus: & in rebus immobilibus in novem diebus, ut disponit text. in leg. 18. tit. 7. lib. 9. Recop. 41. & praedicti dies praecio- rum currunt à die captionis pignorum, (t) 42. & ita terminus duorum mensium, qui de *jure*

(d) Secundum Ang. in leg. Qui in carcerem, ff. Quod met. caus. leg. 4. in fin. tit. 29. Part. 7. tradit Otalora, ubi supra, n. 2. & Baeza, ubi supra, cap. 16. n. 17. (e) Dict. leg. Nepos Proculus, quam sequuntur plures, quos refert, & sequitur Dueñ. in leg. 27. 5. limit. 5. (f) Secundum Gomez. in §. Item Serotiana, n. 30. Infit. de Alit. tener etiam Avil. in cap. Praetorum, cap. 1. n. 13. & 14. contra Rebuff. de Privil. Schol. privil. 113. & quod in praedictis rebus executio fieri non debeat, observatur etiam apud Lusitanos, lib. 3. Ordinam. tit. 71. §. 11. & lib. 5. tit. 67. in princ. (g) Lib. 2. Variar. cap. 19. n. 6. r. Avend. in responf. §. 8. (h) In Tract. de Expenf. & Melliorat. cap. 4. à n. 14. (i) In leg. 26. Taur. n. 12. (j) In Epi. fuceff. cap. 7. n. 51. (k) In leg. Si cum exceptione, §. Hac autem, ff. Quod met. caus. & sequuntur plures alii, quos refert, & sequitur Fel. in cap. Quo ad consultationem, col. 8. de Re judic. (l) Secundum Alex. in conf. 95. num. 4. vol. 2. & in

conf. 181. n. 12. vol. 6. sequitur Bernard. Diaz de Lugo in reg. 43. Roder. Suar. in dict. leg. Post rem judicatum, in Declarat. leg. Regni, quæst. 6. n. 3. & Didac. Perez in leg. 5. tit. 8. lib. 3. Ordin. gloss. 2. col. mihi 1113. & D. Franc. à Sarment. lib. 3. Select. cap. 8. n. 4. (m) Ubi supra, quem sequuntur Bernard. Diaz de Lugo, & Roder. ubi supra. (n) Ubi supra, dict. quæst. 6. num. 4. post Angel. in leg. Quisquis, Cod. Quorum appell. non resp. (o) In leg. Ab excecutor. Cod. Quorum appell. & in leg. Ab executione, ff. de Appell. (p) Caut. 44. & Soc. in reg. 26. fallent. 5. (q) In dict. quæst. 6. n. 2. (r) Lib. 2. Variar. cap. 11. n. 3. (s) Et tradit Covar. lib. 2. Variar. cap. 11. n. 3. & Di- dac. Perez in leg. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. mihi 1070. (t) Secundum gloss. fin. in leg. Debitoris, ff. de Re jud. receptam à Bart. ibi, & à Montalv. in leg. 1. tit. 20. lib. 3. For. verb. Fasfa nueve dias.

Communi post captionem pignorum debitori datur ad solvendum, per text. in leg. Debitoribus, hodie restringitur ad decem dies in rebus mobilibus, & ad triginta dies in rebus immobilibus.

43. Adverte præterea, quod citatio que debitori fit, ad videndam ultimam executionem, id est, de trance, y remate, in persona ipsius debitoris fieri debet, si inventiri possit: alioquin si latiter, aut contumaciter ablit, ita quod inveniri nequeat, tunc citatio ad domum sufficit, juxta text. in dict. leg. 19. tit. 21. lib. 4. Recop. (n) 44. Caterum si debitor a loco absens sit, vel absque hæredes defunctus, ad hoc ut executio in bonis suis pro debito peti possit, dandus erit defensor bonis suis, cum quo acta iudicii celebrentur, ut supra diximus.

45. Qua citatione præmissa, ad ultimam executionem debitor tenetur comparere intra tres dies, obijciendo suas exceptiones, & si non comparuerit, tunc Judex profert suam sententiam ultime executionis, jubetque solutionem creditori fieri, juxta text. in dict. leg. 19. tit. 21. lib. 4. Recop. 46. At verò si intra prædictos tres dies comparuerit, suas exceptiones obijciendo, Judex præcipit, copiam libelli oppositionis creditori exhiberi, imponitque debitori decem dies, ut prædictas exceptiones probet: quod omnino facere tenetur, juxta text. in dict. leg. 19. tit. 21. lib. 4. Recop. 47. Qui decem dies currunt à die, quo portectus fuit libellus oppositionis, juxta text. in leg. 3. tit. 21. lib. 4. Recop. Et ita, si reus, antea quam præconia subhastationis fiant, vel antea quam ad ultimam executionem citetur, comparuerit, se opponendo executioni, & suas exceptiones contra eam allegando, prædicti decem dies currunt à die prædictæ oppositionis, & non gaudebit terminis præconiorum, & citationis ad ultimam executionem. 48. Et cum prædictus terminus decem dierum probatorius sit, debet esse communis utrique parti: 49. in Lusitania verò solummodo sex dies contendantur debitori, ad opponendas suas exceptiones contra executionem: quæ exceptiones legitime debent esse, juxta text. in leg. 1. cum duabus sequentibus, tit. 21. lib. 4. Recop. quocirca opportune videndum erit, quamnam exceptiones executionem impediant.

\* \* \* \* \*

## EX CAPITE TERTIO.

## SUMMARIUM.

1 Exceptio solutionis, pacti de non petendo, usurarium, quod metu, aut vi contractus fuit celebratus: & exceptio falsitatis contra substantiam instrumenti, executionem impediunt.

2 Exceptio nullitatis instrumenti executionem impedit.

3 Exceptio nullitatis, etiam provenientis ex defectu solemnitatis contractus, impedit executionem, ut in pluribus hic positus exemplis.

4 Exceptiones qua juris sunt, sufficit, quod allegentur, & si intra decem dies non probentur, veluti exceptio nullitatis provenientis ex defectu solemnitatis contractus.

5 Exceptio nonnumerata pecunia, impedit executionem, opposita infra biennium.

6 Exceptio rei non tradita contra executionem admittitur.

7 Exceptio reconventionis executionem impedit, & quomodo intelligenda sit Avendanius, qui contrarium sustinet.

8 Exceptio compensationis impedit executionem.

9 Restitutionis in integrum petitio executionem impedit, contra Avend.

10 Exceptio, quod causa debiti in instrumento non continetur, impedit executionem.

11 Exceptio elapsi decem annorum à die contractus pure celebrati, vel alias à die solutionis impedit ejus executionem.

12 Debitum peti potest via ordinaria, etiam transacto decennio: licet per ejus lapsam executionem præcludatur.

13 Lapsus decem annorum à die celebrati contractus, vel solutionis non tollit ejus vim, ad probandum debitum, sed vim executionem amovet.

14 Actio personalis indistinctè viginti annis durat, contra Palat. Rub. Gom. Covar. & Menchacam.

15 Lex 3. tit. 13. lib. 3. Ordin. vet. expressè abrogatur per leg. 6. tit. 15. lib. 4. Recopil.

16 Instrumentum, quod de falso redarguitur, si intra decem dies non comprobatur, impeditur ejus executio.

17 Impedit executionem exceptio, quod dies solutionis nondum cessit.

18 Judex ex officio petentem ante diem solutionis repellere potest, si id ex instrumentum

mento sibi confect.

19 Contra debitorem suspectum de fuga, vel ob aliam justam causam, creditor ante diem agere valet.

20 Propter pendentiam compromissi impeditur sententia, aut instrumenti executio.

21 Executionem petitam, virtute alicujus sententia arbitraria, qua exceptiones impediunt.

22 Quæ necessaria sint, ut arbitraria sententia executioni mandari valeant, remissivè.

23 Exceptio, quod summa, de qua executio petitur, non comprehensa reperitur in instrumento, executionem impedit: ut in tacita reconductione.

24 Contra executionem sententia criminalis omnes exceptiones legitime admittenda, etiam si non sint ex contentis in dict. leg. 1. & 2. tit. 21. lib. 4. Recop.

25 Exceptio appæiti juramenti in contractu, aliàs valido, inter laicos celebrato, executionem impedit.

26 Exceptio, qua oriri potest in ipsa executione, secundum mentem iudicis proferentis mandatum, executionem impedit.

27 Si principale instrumentum non præsentetur, licet de eo, & ejus tenore testes deponant, etiam parte citata, non fiet executio.

28 Qualibet exceptio, qua in aliqua Provincia contra instrumentum, aut sententiam opponi solet, impedit executionem.

29 Stylus Castella, quoad ordinem executionis faciendæ, inspiciendus: sed quoad causæ decisionem, inspiciendum jus regionis, civitatis, aut loci, ubi contractus celebratus, aut sententia lata fuit.

30 Litispendentiam coram Judice Ecclesiastico, super relaxatione juramenti in contractu appæiti, ejus executionem coram laico non impedit, verius resolvitur.

31 Litispendentiam coram Judice Ecclesiastico, super validitate contractus usurarii, executionem ejus coram laico petitam impedit, cum Alexand. & Suarez verius resolvit Auctor.

32 Qualibet exceptio, que de jure Communi obijci potest, executionem impedit, si regularum legum expressa renuntiatio facta sit à creditore.

33 Quidquid evidenter appareat, quod instrumentum reddat inefficax, contra ipsum opponi poterit, & ejus executionem impedit.

34 Quæcumque alia exceptiones legitime, que intra decem dies probentur opponi possunt contra instrumentum, legibus Regiis, & Avendano non obstantibus, quibus per Auctorem satisfit.

35 Exceptiones, quæ contra executionem sententia admittenda sunt, admitti non de-

bent, si ante prolationem ipsius sententia in negotio principali objecta sunt, & eis non obstantibus, sequuta fuit condemnatio.

36 Porrecti libelli oppositionis copia creditor danda: & uterque debitor, & creditor articulos, & instrumenta producere possunt.

37 Exceptiones in executione opposita intra decem dies probanda: nec sufficit, intra illos decem dies testes juratos esse: sed intra eos examinari esse debent.

38 Si culpa iudicis, aut Notarii testes in termino examinari non fuerunt, post eum examinari poterunt, si à parte tamen eis facta protestatio, super examine eorum intra terminum.

39 Debitor, etiam elapso termino, potest suas exceptiones probare, per confessionem partis adversa, secundum Roder. & Dida. Perez; sed contrarium cum Avendano. defendit Auctor.

40 Si testes, quibus reus executioni datus intendit suas exceptiones probare, sint extra Diocesim, vel Regnum, quid agendum præscribitur.

41 Si reus suas exceptiones probaverit intra decem dies, annullanda erit executio, & creditor in expensis condemnandus.

42 Reo executioni dato intra decem dies exceptionem non probante, confirmanda erit executio, pro principali, & expensis, & dandum quartum præconium, & bona licitanti adjudicanda, & inde creditori solvendum, etiam si reus appellaverit, dum cautionem leg. Tolenti præfert creditor.

43 Si causa executionis ad superiorem per appellationem delata fuerit, & inventum, quod auctio non fuit facta, juxta legis formam, aut morem regionis, revocatur pronuntiatio, & bona absque ullis expensis debitori restituntur, dum ipse creditori solvat, quod instrumento continetur: & creditor cautionem præfert de iudicio sistendo, quam aliquando iudices remittunt.

44 Praxis, qua observatur apud Suprema Tribunalia, circa causas executivas ad ea devolutas, etiam servanda per Decuriones Civitatis, quando ad eos causa executionis, non excedens decem millia marapetinarum, devolvitur.

45 Auditores Regii, quando negotium executionis ad eos per appellationem devolvitur, qualiter procedant, remissivè.

46 Judex, coram quo executio petitur, recusari potest, ante quam ultima executionis sententiam proferat.

47 Si bona rei non sufficiant ad solutionem debiti, & expensarum, tunc fidejussor ejus de evictione solvere adstringendus erit.

48 Debitor ex consuetudine hujus regni

(n) Explicat Avend. in dict. Declar. ad leg. 4. & 5. n. 27. sic intelligens text. in leg. 6. tit. 9. Part. 3. & in leg. fin. eod. tit.